



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Auditores Rotae Rom.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Scripturæ concernentes executionem dispensationum matrimonialium, & aliarum litterarum Apostolicarum.
 Remissiones denunciationum, diuortia, & alia scripturæ matrimoniales.
 Explorationes voluntatum Nouitiarum, licentiæ profitendi, & alia huius generis scripturæ ad Moniales spectantes.
 Interpositiones auctoritatis, & decreti in renunciatione nouitiorum, & alienationibus aliarum personarum fori.
 Episcopalis, & instrumenta dotis monialium.
 Licentiæ accedendi ad monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.
 Scripturæ consecrationis Ecclesiarum, altarium, cœmeteriorum, campanarum, &c.
 Item professionis Fidei.
 Item visitationis liminum.
 Scripturæ ordinationum, & collationis chrismatis.
 Monitoria ad finem reuelationis.
 Approbationes confessoriorum, & curatorum.
 Dimissoria & commendatitiæ.
 Licentiæ pro Parochis, canonicis, & alijs clericis abscedendi à Diœcesi cum litteris testimonialibus.
 Erektionis seminarij.
 Locationis in emphyteusim bonorū Episcopatus, feudaliū eiusdem mensæ, & aliorum beneficiorum.
 Hæc ex litteris ad Episcopum Comensan. 18. Dec. 1626.
 Adde inuentaria bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium totius Diœcesis.

Astrologia.

- 1 Prohibetur iudiciaria, præterquam circa agriculturam, nauigationem, artem medicam. Sixtus V. A. 1585 Ordinarij arbitrio seuerius puniatur Astrologi iudicarij *ibid.*
- 2 Libri de eadem prohibentur retineri. *ibidem.*
- 3 Innouauit prædictam constitutionem Urbanus VIII. die 1. April. 1630.*
- 4 Addidit contra eos, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ, eius-

que confanguineorum vsque ad 3. gradum inclusiue, consulunt Astrologos iudicarios, &c. seu eorum iudicia etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. *ibidem.*

- 5 Item contra eosdem Astrologos, quia iudicia faciunt aut à se vel ab alijs facta scienter retinent, vel dant alicui seu ostendunt, aut de ijs quouis modo tractant. *ibid.*
- 6 Pœnas infligit excommunicationi latae sententiæ (non reseruata) vltimi supplicij, & Confiscationis bonorum Ecclesiasticis vero, excommunicationis prædictæ priuationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis prædictæ, priuationis, & vltimi supplicij *ibi* Episcopis, autem, & maioribus Prælati eandem citra vltimum supplicium. *ibid.*
- 7 Et Ordinarij locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Iudices in prædictis, extra Prouincias Sedi Apostolicæ subiectus. *ibid.*

Auditores Rotæ Romanæ.

Vide Exempti. num. 7. 8. Functiones Episcopales num. 25.

Baldachinum.

- 1 Poteest Episcopus in Ecclesijs Regularium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Congreg. Ep. 10. Junij 1603. apud Quar. V. Priuil. Regularium.
- 2 Sinè auro ter in anno ad summum Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Cassinensibus concessit Sac. Congr. Rit. 29. Ianuar. 1628.*
- 3 Idem Monachis Oliuetanis, eadem 17. Martij 1629.
- 4 Idem pro Monasterijs tantum S. Trinitatis, & Sancti Pancratij ciuitatis Florentiæ. eadem 31. May 1629.
- 5 Idem pro Monasterijs Cœlestinorum. ead. 30. Junij 1629.
- 6 Marchiones locorum prohibentur vti Baldachino in Ecclesia. Congreg. Ep. 14. Ianuar. 1618.